Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

operculis me: infirmus eram
et visitastis me. In carcere eram
et venistis ad me. Tunc ridebunt
ei iusti dicentes. Domine quando
vidimus te esurientem et pavimus
te. sitientem et dedimus tibi po
tum. Quando autem vidimus te hos
pitem et collegimus te: aut
nudum et cooperuimus te. aut
quando vidimus te infirmum aut
in carcere et venimus ad te. Et
respondens rex dicet illis. Amen
dico vobis: quamdiu fecistis uni
ex istis fratribus meis minimis
mihi fecistis. Tunc dicet et
his qui a sinistris erunt
Discedite a me maledicti in
ignem eternum qui paratus est di
abolo et angelis eius. Esuri
ui enim et non dedistis mihi
manducare. Sitiui et non
dedistis mihi potum: hospes
eram et non collegistis me
nudus eram et non cooper
uistis me: infirmus et in car
cere eram et non visitastis
me. Tunc respondebunt ei et ipsi
dicentes. Domine quando te vidimus
esurientem aut sitientem aut ho
spitem aut nudum aut infir
mum vel in carcere et non ministra
uimus tibi? Tunc respondebit
illis dicens. Amen dico vo
bis: quamdiu non fecistis uni
de minoribus istis nec mihi
fecistis. Et ibunt isti in sup
plicium eternum: iusti autem in vitam
eternam. Off. Recela oculos
tuos et considerabo mirabilia tua
domine ut doceas me iustitias tuas da mi
hi intellectum ut discam mandata tua.
Munia domine quesumus oblata sacra
ta letificet. nosque a peccatorum
nostrorum maculis emundet. P.
Dum mea ad dominum clamo Co
mu. et exaudiuit me de monte sancto
suo non timebo milia populi circumdan
te me. Comp. Salutaris tui
domine munere sacrato supplices
te rogamus. ut cum letam
iustitiam venerantes effectum. P.
Absolue quesumus domine cor populi
nostrorum vinculis peccatorum
et quidquid pro eis meremur pie
nitentia auertere. P. Feria ma.
Domine refugium factus es no
bis a generatione et proge
nie a seculo et in seculum tu es. Ps
Priusquam montes fierent aut for
maretur terra et orbis. Oc.
Respice domine familiam tu
am et pro ea. ut apud te meris
quam tuo deliderio fulgeat que
se carnis macratione casti